**Dissertatio inauguralis medica sistens momenta quaedam de moscho naturali et artefacto ... / publice defendet Gabriel Gottlieb Reinick.**

**Contributors**

Reinick, Gabriel Gottlieb, 1756-
Royal College of Surgeons of England

**Publication/Creation**

Ienae : Litteris Straussianis, [1784]

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/dcepcvxd

**Provider**

Royal College of Surgeons

**License and attribution**

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

# DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA
SISTENS
# MOMENTA QVAEDAM
DE
# MOSCHO NATVRALI
ET
# ARTEFACTO.

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
CAROLO AVGVSTO
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE,
ET GVESTPHALIAE cet.
CONSENTIENTE
GRATIOSO MEDICORVM ORDINE
PRO
SVMMIS IN MEDICINA VTRAQVE HONORIBVS
RITE OBTINENDIS
A. D. VI AVGVSTI CIↃIↃCCLXXXIIII.
PVBLICE DEFENDET
AVCTOR
GABRIEL GOTTLIEB REINICK
GEDANENSIS.

IENAE
LITTERIS STRAVSSIANIS.

PATRI OPTIMO

D. IOANNI EILHARDO

REINICK

MEDICO GEDANENSI MERITISSIMO

ET

SOCIETATIS NATVRAE SCRVTATORVM

QVAE GEDANI FLORET

SODALI.

AVVNCVLO

PIE VENERANDO CARISSIMO

# DANIELI BERINGHVSEN

MERCATORI APVD GEDANENSES

FLORENTISSIMO SPECTATISSIMO

PROBATISSIMO.

HAS PRIMITIAS ACADEMICAS

ANIMO PIO ET GRATO

D. D. D.

AVCTOR.

# PROOEMIVM.

Chemia vt analyſi et ſyntheſi, per ſe conſiderata, naturam corporum nobis omnium optime oſtendet, ita eo certius, ni fallor, cuiusque indolem ſingularem et plurium inter ſe affinitatem demonſtrare poteſt, ſi ad naturam eorum corporum adhibeatur, quae quandam cum naturalibus habent ſimilitudinem. Haec cum cuique pateant, viros omnis aeui ſummos incitarunt ad adyta naturae hoc modo eruenda. Nec illis plane defuiſſe fortunam ſecundam demonſtrarunt, vt e multis pauca tantum adferam, acidulae *a*) et gemmae *b*) artificiales, ſulphur regeneratum

*a*) ETTMVELLER O. O. med. theor. pract. Frf. ad M. 1696 T. I p. 445 et 1165. Cel. WEIGEL *Grundr. d. rein u. angew. Chem. Greifsw.* 1777 §. 386 auct. ib. cit. DUCHANOI ſur l'art. d'imiter des eaux min. à Par. 1780.

*b*) Cel. ACHARD *Ueber d. künſtl. Nachahm. d. Edelſt. Berl.* 1780. STAHL Fund. Chem. dogm. et experim.

ratum *c*), ſuccinum *d*), oleum petrae *e*) et bitumen iudaicum *f*) arte productum, ambra factitia *g*), metalla artefacta *h*) cet. vt taceam ſalia regenerata. Itaque experimenta de conficienda reſina, *moſchi* odorem ſpirante *i*), omnem profecto merentur attentionem, cum tantum conferant ad artem chemicam amplificandam, et omnium maxime ad doctrinam de

perim. Norimb. 1732. a *Domo* Experim. etc. E. N. C. D. I. A. III. p. 380 §. 7. N. 1-38. et TILLINGII Obſ. de adam. lippiac. ib. D. 2. A. 2. p. 104. de cet. v. cel. WEIGEL l. c. §. 1112.

*c*) STAHL l. c. P. III. p 17. 38. Ej. Opuſc. p. 749-64 etc. IVNKER Conſpect. Chem. Tab. 46. p. 13. ſeq. FR. HOFFMANN Obſ. phyſ. chem. L. 3. Obſ. 9. C. NEVMANN Praelect. Chem. *Berl.* 40. p. 188. 193. 443. 1776. Cel. WEIGEL §. 104.

*d*) NEVMANN l. c. p. 168 1756. Berl. *Samml. B.* 8. p. 345. LE MORTII Chem. L. B. 1696. p. 89 et LANGII Op. med. Lipſ. 1704. T. I. p. 644 KRAEVTERMANN Hiſt. med. regn. min. *Frf. u. Leipz.* 1711. p. 154. BARTHOLIN Act. Hafn. T. I. p. 115.

*e*) BOHNIVS in Append. ad *Vigani* Chem. p. 154.

*f*) CL. MONNET *in Samml. aus* ROZIERS *Beob. B.* 2. *S.* 344 45.

*g*) NEVMANN l. c. p. 1416.

*h*) Ex tanta auctorum copia, paucos recenſere mihi liceat; vt fere notiſſimus et infeliciſſimus, *Verſuch mit* ☿, ☽ *u.* ☉, *angeſtellt zu Guilford im Maj.* 1782. *und beſchrieb. v.* I. PRICE, *mit Ausz. a.* BOYLE *Erzaehl. v. einer Degradat. des* ☉ *a. d. E. Deſſau* 1783. I. T. MEYER *Alchym. Briefe, Hanov.* 1767. *p.* 9. STAHL Chem. dogm. et Exp. P. 3. p. 381 et 475 de nob. met. P. 1. p. 18 de ♁. P. 2. p. 172 de ♂. P. 3. p. 112 de ☿. NEVMANN p. 450. 1508. 1541. 1826 negat product. met. nob. p. 436 de ☿, 1516. DE MARCAS 1561. de ♂. de ☉. E. N. C. D. I. A. I. p. 56. IVNKER Tab. 28. KVNKEL Lab. chem. Hamb. 38. p. 563. BECHER Lab. chem. p. 40. de ♀ et ib. DIGBY in menſib. ſubſequentib. ex ▽ pluv. et ∀, quam non nominauit, ⊕, 🜍, ♄, ♃, ♂ et ☿ produxit (ſit fides penes auctorem!) — de cet. v. Cel. WEIGEL §. 1096-1104. et MANGET Bibl. chem. cur. Genev. 702. At ſane vtiliora ſunt experimenta circa ♂ WALLERII Elem. metal. Sect. 12. c. 1. p. 148. 149. et ap. Cel. DE WASSERBERG Inſt. Chem. T. 1. De magnete artef. retulit mihi *Ill. Prof. Gotting.* praeceptor pie venerand. et excell. FVCHS ſibi a Cel. ACHARD traditum.

*i*) MARGGRAF *Chem. Schrift Berl.* 61. T. I. p. 246. CLAR. HASSE in ILL. CRELL. *Neue Entdeck. Th.* 9. S. 38.

de oleis et reſinis illuſtrandam. Hiſce me adductum fateor ad vlteriora tentamina inſtituenda, quae quia a iuuene profecta ſunt, fautorum indulgentiam deſiderant, ne, ſi qua deſint, ideo operam inſumtam nauci habeant. Quidquid vero boni huius operi ineſt, vnice fere debeo viris longe clariſſimis, ILL. NICOLAI, GRVNER et LODER, EXCELL. STARKE et FVCHS, qui inquirenti beneuolentia et librorum copia ſubuenerunt, obſeruationibus atque conſiliis ſapientiſſimis operi ſplendorem et vtilitatem maiorem conciliarunt, praeſertim vero ſub fautore ILL. LODERO mihi licuit adire bibliothecam ILL. BVETNERI, Viri eruditiſſimi, ampliſſimam, quae ex ſingulari SERENISSIMI DVCIS VINARIENSIS gratia in hac academia cuique litterarum cupido patet. Nec tacendum puto illud eximium in me ſtudium EXCELL. FVCHS, quo et ſupellectilem chemicam mihi exhibuit, et ipſis experimentis interfuit, vt omnia rite et circumſpecte inſtituerentur. Vtinam beneficiis tot taliumque fautorum et conſiliis ſapientiſſimis reſpondeant tyronis conamina!

## Sect. I.

# De Moſcho naturali.

In moſchi naturalis hiſtoria enarranda ſufficere mihi videtur, ne orationis amplitudine lectori diſpliceam, vt inquiſitione de animalis (nimirum moſchi moſchiferi L.) nomine et ſignis characteriſticis *a*), habitu externo *b*), patria *c*), natura, moribus *d*) et alimentis *e*), de modis capturae

*a*) 1) ALDROVAND Quadrup. Hiſt. Frf. ad M. 647. p. 307.

2) BRISSON Regn. anim. a Par. 56. p. 97.

3) BUFFON Hiſt. nat. etc. à Amſt 69. T. 12 p. 169.

4) C. GESNER H. Quadrup. Tig. 551. p. 786. 87. 91.

5) P. F. GMELIN D. de nov. ſpecif. antid. advers effect. morſ. canis rab. etc. Tub 50. p. 13.

6) KLEIN *Geſch. d. vierf. Thier. Lüb.* 60. p. 39.

7) LINNE Syſt. nat. ed. MUELLER. *Nürnb.* 73. *Th.* 1. p. 374.

8) PENNANT Hiſt. of quadr. Lond. 81. Vol 1. p. 112.

9) SCHROECK Hiſt. Moſch. Aug. Vind. 634. et in MANGET Bibl. pharm. med. T. 2. Coln. Allobr. 703. p. 319.

10) ERXLEBEN Syſt. regn. anim. Lipſ. 77. p. 319.

11) IONSTON Hiſt. nat. de Quadr. Amſt. 657. p. 55.

12) LINNE Syſt. nat. Holm. 66. ed. 12. T. 1. p. 91.

*b*) 1) (vid. a. 1-9.)

2) D'AUBENTON *in Samml. aus* ROZIER *Beob. und Abhandl. Leipz.* 55. *B.* 1. p. 63.

3) YSBRAND IDES *Reiſ. nach Chin. a. d. Holl. Frf.* 707. p. 76. et 282. KAI *Beſchr. v. Chin.*

4) SCHROECK A. N. C. D. 2. A. 4. Append. p. 228.

5) THEVENOT Relat. de diverſ. voyag. T. 1. à Par. 696. rel. de la chine p. 27.

6) WATSON - de Dierl. Wereld. vitgeg. door. NOZEMANN te Amſt. 61. p. 137.

7) BARTHOLIN Act. Hafn. T. II. Obſ XIX. p. 46. c.

8) SCHROECK A. N. C. D. 1. A. 8. obſ. 53.

9) SEGER ib. A. 6. et 7. obſ. 128.

*c*) 1) (vid. a. 1-12. b. 2-5)

2) ILL. BALDINGER praeceptor pie venerand. *Tartar. Chin.* et *Sibir.* moſchi patriam eſſe in praelect. nobis tradidit.

3) I. G. GMELIN *Reiſ. nach u. durch Sibir. 2ter Th. Göttingen* 52 p. 239.

4) ILL. MURRAY praeceptor pie venerand. *Chin.* et Sibir. moſchi patriam, cibum ſpeciem Lichenis et montes ſylvasque eiusdem habitaculum eſſe in prael. nobis narrauit.

5) E. A. G. ZIMMERMANN Zoolog. Geogr. L. B. 77. p. 529.

*d*) 1. (v. a. 5. 8. b. 3. 6.)

*d*) et *e*) (v. a. 1. 3. 4. 15. 20. 23.)

*e*) (v. a. 1. c. 2. 4.)

pturae et necis etc. relicta, ea tantum, quae ad materiem illam ſpecificam *f*), quam *Moſchum* dicunt, attinent, quam fieri poteſt, curatiſſime in medium proferam. Folliculi quidem, opinionibus ſane ridiculis veterum *g*) miſſis, ſitum, figuram externam *h*), et ſtructuram internam *i*) accuratione anatomica deſcriptam *k*) habemus,

 et

*f*) v. a. 1. 3. 4. 8. 11. b. 3. 5. Thev. T. c. deſcript. des anim. et des plant. des Ind. etc. de COSMA le ſolit. p. 19. et v. ſupra c. 3.

*g*) Qui teſtes (ETTMVELLER T. 1. p. 794. SCHROECK l. c.) renes (VALENTINI *Nat.-und Mat. Kamm. Frf. a. M.* 14. p. 441. POMET *Materialiſt a. d Fr. Leipz.* 17. p. 485.) vmbilicum ipſum, (SIMEON SETHI ap. SCHROECK et KAYS ap. IDES) etc. folliculum eſſe putant.

*h*) PENNANT l. c. optime deſcripſit.

*i*) BARTHOLIN Act. Hafn. T. 1. obſ. 58. et LVDOVICI A. N. C. D. 1. A. 4. et 5. p. 205 et A. 9. et 10. p. 38.

*k*) VALENTINI Amphitheatr. Zootom. Fr. ad M. 20. p. 108. folliculi ab animali ſeparati; inde melius haec deſcripſit. GMELIN D. cit. p. 15. his verbis: „Venter ibi, vbi penis eſſe ſolet, dimidium circiter pedem infra cartilaginem enſiformem prominens, aequat autem illa eminentia tumorem ouo gallinaceo magnitudine non multo minorem, pilis vndique hirtum, qui anterius in corpus quoddam penis balano ſimile, miniacei fere coloris pilisque albis verſus centrum eiusdem corporis directis, ibidemque conuergentibus tectum deſinit; pilis illis diductis duo in illo corpore apparent oſtia, ſuperius, oblongum canum et maius, area glabra, non piloſa cinctum, alterum inferius rotundum; et anguſtius, cuius limbi circum circa pilis longiſſimis, rigidis et erectis muniuntur. Vtrumque horum foraminum ſetam admittit, quarum ea, quae intruditur, ſuperiori foramini, deſinere videtur in ipſo tumore; quo preſſo, per illud foramen fuſca quaedam, et pinguis materia exit, Moſchum redolens; Sub tumore iacent teſticuli. Tumor connectitur poſterius et ſiniſtra ſui parte cum vrethra ſeparata eius cute, et muſculo ex abdominalibus ad eum excurrente, apparet membrana tunicae internae ventriculi gallinae ſiccati conſiſtentia reſpondens, adeoque firma et attactu duriuſcula, coloris amethyſtini, et pro varia oppoſitione ad radios lucis hinc inde aurei, qua inciſa, cauitas apparet interna materiam illam a ℨiß ad ℥jjß continens, quae moſchus dicitur. Eſt autem hic fuſci coloris, eique multi breues pili, vel paleae confunduntur. Conſiſtentia eſt electuarii non plane ſiccati, nec enim fluida eſt, nec ſolida plane, attactu autem pinguis, illudque pingue preſſo folliculo

et materiei ſpeciem externam plerique iisdem fere verbis demonſtrant, atque in his optime conueniunt, ſed in definiendo folliculo et materiei ſe- et excretione abeunt fere in diuerſa. Quibusdam enim folliculus abſceſſus *l*) vel tuber *m*), vel ſaltem cum tumoribus cyſticis comparandus *n*), indeque materies illa pus *o*), purulentum quid *p*), ſanies *q*), ſanguis *r*) et ſudor ſanguineus *s*) in pus mutatus videtur;

lo e ſuperiore balani foramine profluit" *an* ergo forte illa maſſa eſt folliculus moſchiferus, quam in aliis animalibus, ipſoque homine proſtatam dicunt? Facile in eam declinarem opinionem, niſi obſtarent membranae ab interna folliculi membrana in altum ſurgentes, quae difficulter glandularum internae applicari poſſunt ſuperficiei, tamen penis animalis folliculum tranſit, et balanus duobus, vt ſupra dictum, perforatus foraminibus, quorum ſuperius eſt pro moſcho, inferius pro vrina, forſan et pro ſemine; an vero ſingularis eſt maior quidam folliculus, qui ſebacei rationem habeat? Moſcho e folliculis exemto, facies interior folliculi apparet, quae membranis plurimis ab interna folliculi membrana in altum ſurgentibus vndique ſuperbit et poteſt per ſuperius balani orificium facillime in folliculum vsque immitti ſpiritus; glandulae non facile apparent, et rarum etiam eſt, diſtinguere vaſa ſanguinea.

Vrina plurimaeque partes vicinae moſchum redolent; aperta vrethra ducta cultri acie verſus veſicam, exhibet canalem, ibi non ita peruium, vbi via verſus folliculum dirigitur, ſed corpori adhaeret obſcure rubenti, circulis concentricis vndique cincto, filoque in vrethram hiat tenuiſſimo; corpus primo aſpectu mentiens vrethram corporibus conſtat cauernoſis, ſepto inter ſe diſtinctis, et in extremitate veſicae propinqua vrinariae tubere quodam aſperum eſt, quod capiti gallinaginis aliorum animalium ſimile, apertum, cauitatem intus habet, in qua nullus eſt liquor, et membrana, quae cauitatem obtegit, poris eſt conſpicua innumeris, vt nihil aliud hoc eſſe corpus videatur, quam penis. Veſiculae ſeminales tuberculo ſupra deſcripto poſterius aſſident, nullus autem facile ductus excurrens ad illud diſtingui poteſt, probabile autem eſt, penem in oeſtro venereo ita explicari, vt e foramine vrethrae prodeat.

*l*) ISIDOR et ALEXAND. BENEDICT. ap. GESNER, ALDROVAND, et SCHROECK. GMELIN D.

*m*) MARTIN. ap. SCHROECK et GMELIN D.

*n*) FALLOP. ap. SCHROECK.

*o*) L. FVCHSIVS et RONDELET. ap. SCHROECK.

*p*) GESNER etc.

*q*) SERAPION ap. ALDROVAND. SCHROEDER ap. ETTMVELLER.

*r*) ALBVCASIS ap. ALDROV.

*s*) KHVN-

tur; aliis vero ſanguis *t*), ſanguinis coagulum *u*), ſanguinis cruor *x*), ſanguis putridus excernendus *y*), ſecretum quid ex ſanguine bilioſo *z*), vel ex ſanguine arterioſo inflammationis ope vaſorum minimorum ortum animalis purgandi *a*) gratia habetur; aliis denique ſebum *b*), humor excrementitius *c*) et inutilis *d*), vel humidum, animali loco vulnerarii inſeruire *e*) creditur. Omnino fabulae de ortu moſchi ex fuſticatione, quibus etiam creditur *f*), plane ſunt reiiciendae; narrationibus vero et quidem vetuſtiſſimis maior fides debetur, ex quibus haec traduntur: humor in folliculo ſecretus acreſcit et irritat, inde pruritus, huiusque leniendi cauſſa animal ad ſaxa et arborum truncos ſe volutat, et folliculum ita fricat, vt demum disrumpatur *g*), (ſeu potius excretio moſchi promoueatur. Folliculus enim duo habet orificia *h*) et ſphincteres *i*), nec vllum dein ligaturae vel cicatricis veſtigium *k*); adeo quidam putant, moſchum omnem, qui hactenus nobis innotuit, non tam animalis affrictione, quam hominum opera et arte, reſecto ſacculo, profectum eſſe *l*).) Materies



*t*) KHVNRATH Medul. deſtill. et med. Hamb. 621. P. 2. p. 351.

*t*) ALEXAND. BENED. et SCALIGER ap. ALDROV. RENODAEVS tt. FALLOP. ap. SCHROECK. CO. MA LE SOLIT. ap. THEVENOT. CHARLETON Onomaſt. Zoic. Lond. 668 p. 8.

*u*) CARDANVS De Subtilit. L. 16.

*x*) GESNER. BVFFON etc.

*y*) ALEX. BENED ap. ALDROVAND. GESNER, ETTMVELLER, SCHROECK.

*z*) HIGHMOR De paſſ. hyſt. c. 6.

*a*) BOROWSKI *Nat. Geſch. d. Thier. Berl. und Stralſ.* 80. p. 60.

*b*) Cel. BLVMENBACH *Handb. Nat. Geſch.* Gött. 83. p. 126. EIN Pharm. rat. *Leipz.* 57 *p.* 308. ILL Hiſt. of. mat. med. Lond. 51 . 356. GEOFFROY *Mat. Med. a. d. Fr. Leipz.* 65. *T.* 8. p. 60. GMELIN Diſſ.

*c*) WECKER ap. SCHROECK.

*d*) SCHROECK.

*e*) CATELAN. c. 11. de conf. alkerm. in ſummar. regn. et pop. orient.

*f*) LVDOVICI. L. FVCHS ap. GMEL. ETTMVELL.

*g*) SERAPION ap. ALDROV. GESNER, SCHROECK.

*h*) PENNANT, BRISSON, GMELIN (v. not. k) cet. et mihi ex favore ILL. LODERI in duobus folliculis, qui in muſeo CAROLO-AVGVSTANEO Ienenſi ampliſſimo aſſervantur, obſeruare licuit.

*i*) SCHROECK, HILL, PENNANT.

*k*) LVDOVICI.

*l*) GMELIN Diſſ.

teries vero hoc modo excreta immatura cenſetur et itaque ſole et aere maturari dicitur *m*), (ſiue potius forte, vt quaedam alia corpora, exſiccatione et calore odorem accipit fortiorem) hic moſchus diligentiſſime ab incolis colligitur *n*), et optimus habetur *o*), illique longe praefertur, qui in animali viuo vel mortuo reperitur *p*). Folliculum enim foetidiſſimum eſſe aiunt venatores, cum animalia occiſa exuiſcerantur, dein vero moſcho per ſolem et aerem, ex eorum fide, maturato, moſchum redolere *q*). At forſan feces quibus ex venatorum negligentia folliculus obductus erat, foetorem effecerant, qui, fecibus per ſolem et aerem bene exſiccatis, profligatur, et odorem moſchi relinquit *r*). Nec minus de tempore et ſexu differunt auctores. Sunt enim, qui ſecretionem moſchi cum fluxu menſium mulierum comparandam eſſe *s*) et ſtatis temporibus redire *t*), vel tempore catulitionis *u*) et quotannis *x*) euenire ſtatuant; alii qui moſchum ſemel et ſemper *y*) ſecerni dicant. Plerique, iique quidem ſteti obſeruationibus certiſſimis, moſchum maribus *z*), vt eodem foeminas alliciant *a*), eſſe peculiarem affirmant; alii foeminis *b*) tribuunt, ceteri vtrique ſexui communem, adeoque maſculinum foeminino fragrantiorem odore *c*) arbitrantur. Quidam moſchum pro victu animalis, coelo vel regione *d*) et pro alimentorum copia diuerſum eſſe, et inde inedia animalis fragrantiorem reddi *e*)

*m*) SERAPION ap ALDROVAND, GESNER, SCHROECK.

*n*) SCHROECK, GESNER.

*o*) GESNER.

*p*) GESNER, SCHROECK.

*q*) GESNER.

*r*) de la PEYRONI (in A. Pariſ. 1731. *überſ. v.* STEINWEHR *Breslau* 57.) *anat. Beſchreib. d. Moſchthiers* p. 75.

*s*) BRASSAVOLA apud ALDROVAND RVELLIVS ap. SCHROECK.

*t*) Nouilunii tempore colligi et plenilunii perſici putat SALMVTH in Comment. ad S. vid. PANCIROLL. L. 2. Memorab. T. 2. plenilunio perſicitur, vt placet L. CASTELAN. l. c.

*u*) GESNER etc.

*x*) RVELLIVS ap. ALDROV.

*y*) SCHROECK l. c.

*z*) GESNER, SCHROECK, GMELIN, PENNANT.

*a*) HEIN.

*b*) Ap. GMELIN.

*c*) BVFFON.

*d*) GESNER, SCHROECK, GMELIN etc.

edi *e*), et obſeruationibus, et principiis phyſiologicis conſentientibus probant. At minime inde poteſt demonſtrari, vt quibusdam videtur, adeoque vſu euictum *f*), moſchum in terris noſtris vel foetidum *g*), vel nullum *h*) ab animalibus ſecerni, cum moſchi veri ſecretionem *Berolini* obſeruatam *i*) habeamus. Ex ſuperioribus ergo patet, moſchum minus plantis odoratis, quibus alitur animal, vt nonnullis placet *k*), quam potius naturae ſingulari animalis, quae ſpecifici ſecretionem efficiat, odorem deberi; cum animalis inedia odor augeatur, et animalia foemina, quae ſine dubio eodem pabulo vtuntur, nec moſchum ſecernant, nec quidquam habeant, quod moſchum redoleat *l*), denique animalium, praeſertim hominum *m*), qui cum ceteris alimenta communia habent, partes vel excreta, forte ob indolem ſingularem, odorem moſchi referant. — At cum haec neutiquam ſufficiant ad moſchi naturam et finem rite explicandam, et certiſſime in operibus, quae non in promtu habui, hae res vel iam ſint expoſitae, vel ex illis facile exponendae, vlteriorem earum diſquiſitionem vel aliis, ſi cuidam placet, vel mihi inpoſterum, ſi per fata licet, relinquendam puto.

## Sect. II.

## *De moſcho artefacto.*

Moſchus artefactus reſina eſt ex oleo ſuccini et ſpiritu nitri fumante parata, odore moſchi et colore ſpadiceo praedita. Ideo pauca de his dicenda mihi videntur.

Cap. I.

*e*) LEMERY Mat. Lex. *Leipz.* I. p. 744. SCHROEDER Ontſlo. Kabinet de ſimpl. te Leid. 41. 146. GMELIN.

*f*) BRASSAVOLA ap. GESNER.

*g*) ALDROVAND, SCHROECK.

*h*) GESNER etc.

*i*) NEVMANN Praeſ. chem. p. 1282.

*k*) GESNER I. P. PORTA Phytogn. L. II Cap. VIII.

*l*) GMELIN *l.* c.

*m*) vid. infra in cap. de Moſchat. l)

## Cap. I.

### *De reſinis et oleis.*

Reſinae et olea aetherea paucis modo differunt, vt ex analyſi et ſyntheſi apparet *n*). Etenim vtrumque corpus partibus conſtituitur inflammabilibus ſ. phlogiſto, terreis tenuioribus et acidis, quibus ſi partes acido-ſalinas ſubtiliores et aqueas ſ. ſpiritum rectorem admiſceamus, oleum efficimus *p*), ſi remoueamus, reſinam *q*). Itaque in reſinis partes acidae, vel admiſcendo acido, vel partibus illis, quae ſpiritum rectorem conſtituunt remouendis auctae praeualent *r*), eodem modo partes inflammabiles et terreae. Inde reſinae quoque oleis ſunt inflammabiliores, et maiorem acidi et terrae in deſtillatione exhibent quantitatem *s*). Spiritus rector vero non ſolum odorem gratum ſed etiam fluiditatem oleis conciliat *t*). Ex his patet, reſinas in totum ſpiritu rectore in olea reſolui poſſe *u*), etiamſi hactenus olea modo ex reſinis ſeparantur ſ. partes oleoſae, quae in reſinis continentur, ſecernantur. Olea vero varia ratione condenſantur. Etenim omnia fluida conſolidantur, vel aucta cohaeſione omnium partium ſeu congelatione, quo ex parte cryſtalliſatio pertinet, vel aucta cohaeſio modo ſolidarum. Nexus autem partium ſolidarum conſtituitur

*n*) STAHL Chem. P. I. p. 60. 62. IVNKER Tab. 49. 50. LANGE O. T. I. p. 573-74. F. HOFFMANN Obſ. ph. ch. p. 55. NEVMANN p. 168. 188. 268. BOERHAVE Elem. Chem. Lipſ. 32. T. 2. p 126. DE MORVEAV, MARET und DVRANDE *Anfangsgr. d. theor. u. prakt. Chem. überſ. v.* WEIGEL, *Leipz* 79 *T* I *p* 112. MACQVER *chem. W.B. herausg. v.* LEONHARDI *T.* 3. *p.* 229. *f. p.* 668 705. 709. CARTHEVSER Mat. Med. Frf. ad V. 49. T. I. p. 18. VOGEL Inſtit. Chem. L. B. et Lipſ. 57. §. 37. cel. WEIGEL l. c. §. 986. et 992-3. Cel. WIEGLEB *Handb. d. Chem.* §. 1448.

*o*) CARTHEVSER l. c.

*p*) CARTHEVS., VOGEL §. 306.

*q*) CARTHEVSER, BOERHAAVE T. 2. p. 108. 126. MACQVER Elem. de chem. pr. a Par. 51. p. 197.

*r*) MACQVER *Chem. Wörterbuch* T. 3. p. 23. et 668.

*s*) Cel. WEIGEL l. c.

*t*) VOGEL §. 366.

*u*) 🜄m de eadem planta 🜍tam ad ſpiritum rectorem reſtituendum in oleis inſpiſſatis commendarunt MACQVER et LEONHARDI *Chem. W. B.* T. 3. p. 705. et de reſtituendis oleis v. cel. WIEGLEB Not. ad VOGEL. Inſt. Chem. §. 366.

tuitur, et collectione partium minimarum, quae hactenus per totum volumen corporis aequaliter erant diſperſae, harumque vinculo arctiori ſ. coagulatione, qua ratione ex corpore, quod medium tenuit, duo formantur, ſolidum et fluidum; dein vel expulſione partium, quae nexum ſolidorum arctiorem impediunt ſ. euaporatione ſ. ſi hoc leniter fit, exhalatione, vel ablatione partium fluidarum omnium exſiccatione, quarundam, inſpiſſatione, vel denique partium ſolidarum ſeparatione a fluidis per corpus additum, quod fluidis modo connectitur, ſ. praecipitatione. Haec praemonenda mihi videntur, vt inde rite definiri queat, quomodo in reſinas mutantur olea aetherea, ſ. quid ſit, vt ita dicam, reſinae factura. Omnino quidem et coagulando et, vt mihi videtur, praecipitando reſinae conſtituuntur, optimae autem et firmiores inſpiſſando; quam differentiam diuerſa oleorum natura efficit. Vt enim vi äeris *x)*, ſolis *y)*, ignis *z)* acidorum *a)* mineralium fortiorum *b)* alia inſpiſſantur, ita alia coagulantur *c)*. Differentia inſpiſſationis et coagulationis ita conſtituitur, vt in illa vapores oleum redolentes vi acidorum fortiorum expellantur, et reſinam firmam adore nouo vel priſtino valde

*x)* BOERHAAVE l. c. et p. 133. IVNKER Tab. 49. p. 68. I. H. MEYER *chemiſch. Verſuch* p. 83. 87. MALOVIN *Med Chem. überſ. v.* KOENIGSDOERFER *Altenb.* 63. *T.* I. p. 214. VOGEL §. 304. GEOFFROY in Act. Paris 1738. (*überſ.* v. STEINWEHR p. 282.) cel. WEIGEL §. 992. Cel. WIEGLEB §. 1447.

*y)* MACQVER *W.B.* T. 3. p. 22. et 705.

*z)* GEOFFROY p. 284. MEYER p. 77. 79. WEIGEL §. 993. POTT Exercit. chem. Berol. 38. p. 178-85 MANGOLD *Chem. Erfahr. Erf.* 48. p. 15. LANGE p. 573. NEVMANN p. 268.

*a)* Olea aſſumta et forma reſinarum per alvum deiecta annotauit MALOVIN T. I. p. 213. olea per †d. ✠ti in reſinas mutata recenſuit de MORVEAV etc. T. 3. 35.

*b)* F. HOFFM. LANGE, MARGGRAFF, MASSE, POTT, MANGOLD L. l. c. c. MACQVER *Woerterb.* T. 3. p. 22. cl. WIEGLEB §. 1449. IVNKER Tom. 2. p. 76. 89. 162. NEVMANN p. 168. 188. 268. DE MORVEAV etc. T. 2. p. 98. T. 3. p. 268. cel. WEIGEL §. 993.

*c)* De coagulatis oleis tantummodo per acida et aerem quidem exempla mihi innotuerunt, de cet. vero forſan extant, ſaltem cogitari poſſunt.

valde imminuto relinquant, in hac vero vapores pauci vel nulli egrediantur, et corpus efficiatur mollius, ex parte in aqua reſoluendum, et per ſe iterum diffluens, itaque reſino-gummoſis ſimile, oleum redolens; forte maior acidi copia requiritur ad oleum eiusmodi naturae plane reſinaeficandum. Sed haec et cetera, quae hanc doctrinam illuſtrant, experimentis, et copia, et praeſtantia adhuc nota ſuperantibus, ſunt confirmanda.

## Cap. II.

## *De odore.*

Odor nobis offertur effluuiis partium volatilium *d*). Itaque eius principium nec menti *e*), nec aeri *f*), ſed corporibus ineſt, et pro cuiusue phyſici vel chemici arbitrio, vel in ſulphure *g*) in terra ſecunda ſulphurea *h*), in partibus ſalino-ſulphureis ſubtilioribus *i*) in ſalinis *k*) in ſulphureis ſ. oleoſis *l*), in oleoſis et ſalinis *m*), vel in phlogiſto *n*) locum accepit. At, omiſſa disquiſitione, an hae opiniones ſpecie, an re differant, accipiamus e. g. phlogiſton pro principio odoris, et omnino inde differentia odorum ratione fragrantiae et debilitatis *o*) pro principii copia *p*) et nexu cum ceteris partibus *q*) et ratione ad easdem, harumque quantitate *r*), et natura *s*)

*d*) KOENIG Regn. vegetab. p. 115. F. HOFFMANN M. R. S. T. I. p. 296.

*e*) Vt voluit CRAANEN Tr. de homine c. GRAEBNERI Comm. Lipſ. 695. p. 530.

*f*) Secundum DANNHAVERVM Diſp. de anima 4ta p. 95.

*g*) STAHL Ch. P. 3. p. 252. F. HOFFMANN obſ. p. 297. HARTNACCI Admirand. phyſ. Frf. et Lipſ. p. 289 et 297.

*h*) IVNKER Tab. 4. p. 77.

*i*) F. HOFFMANN M. R. S. T. I. p. 296.

*k*) KOENIG l. c.

*l*) ETTMVELLER O. T. I. p. 145.

*m*) SCHROECK. l. c.

*n*) MACQVER *W. B.* T. I. p. 402-3. CARTHEVSER M. M. P. I. p. 65. VOGEL Inſt. Ch. §. 94. F. HOFFMANN obſ. p. 189.

*o*) KOENIG l. c. MALOVIN T. I. p. 210 et 12.

*p*) MACQVER l. c.

*q*) HARTNACC. p. 290.

*r*) BOERHAAVE l. c. T. I. p. 516. odores rerum ſingulares ▽ae miſcaela et temperamento inprimis miſcentur etc.

ra *s*), et odoris cuiusdam auctio vel imminutio definiri poteſt; ſed nec huius principii natura rite explicata, nec odorum ordinibus bene diſpoſitis, demonſtrari non poteſt, unde diſcrimen odorum variorum et mutatio ſpecifici odoris in alium ſpecificum. Inde quidquid circa hanc rem in experimentis chemicis euenit, non, niſi ex philoſophia corporum exponi poteſt, hoc modo, vt e. g. omnino quidem oleorum odor mutetur, cum ſpiritum rectorem depellas. Liceat mihi et in oleis, quae neutiquam ex vegetabilibus ſunt parata, eas partes ſpiritum rectorem vocare, quibus differunt a reſinis inde parandis. At odor moſchi non ſolum euolutione odoris, qui hactenus ſpiritu rectore quaſi obuolutus tenetur, et hoc expulſo, prodit, ſed et ſpiritu nitri conſtituitur. Oleum enim ſuccini euaporatione et exſiccatione in reſinam mutatum odorem quidem ſuauem, non vero moſchium recipit, vt nobis exprimentum de hac re inſtitutum ſatis ſuperque demonſtrauit.

## *De moſchatis.*

Odoris ſuccini vel alius cuiusdam rei mutatio in eum, quem vulgo moſcho ineſſe conſtat, forte minus miranda videtur, cum odorem iſtum non adeo peculiarem ac proprium animali moſchifero reperiamus, imo multis communem vel ſecundum, vel praeter naturam. Exempla enim moſchatorum quisque naturalium fere ordo continet, vt animantium mammalium *u*), auium *x*), amphibiorum



*s*) HARTNACC. l. c.

*t*) ETTMVELLER T. I. p. 795.

*u*) *Cercopitheci* A. N. C. D. I. A. I. p. 200. FABER Hiſt. mexic. f. 564. *Martes*, *Lepores*, *Mures*. GESNER p. 795. *Lepus moſchia*, *Mus moſch.* ALDROV. p. 310. *Mures.* A. N. C. l. c. FABER l. c. *Glires odorati roſſici moſchati.* WAGNER Epiſt. Itiner. ad BRVECKMANN Cent. 2. Ep. 19. *Caſtor. moſch.* L. III. MVRRAY Bibl. *B.* 2. p. 19. *Genetta.* MERKLEIN *Hiſt. med. Thierb. Nürnb.* 696. p. 244. DE LA PEYRONIE (qui eandem adeo nomine animal. m. deſcripſit.) in A. Paris 1731. (*überſ. v.* STEINWEHR) *Hiſt. anat. Beſchr. d. Moſchthiers. Feles.* GESNER. l. c. *Antilope Grimmia* (Moſch. Grim. L.) *Antilope Ceruicapra* PALLAS *Nat G. merkw. Thier. durch d. Verf. verteutſcht*, *Berl. und Stralſ.* 78. p. 46.

rum *y*), piſcium *z*), inſectorum *a*) et plantarum *b*), nec non mineralium *c*); praeterea partes *d*) et excreta *e*) animalium, itemque cor-

46. 48. et 31. Faſc. I. V. I. *Sus Taiaſſu* cel. LESKE *Nat. Geſch. d. Th.* p. 189. Linn. Syſt. p. 103. Cel. BLVMENBACH l. c. p. 128. Cel. CATTIERER *v. Nutz. u. Schad. d. Thier.* p. 54. (*Aper moſchif. mexic.*) A. E. L. a. 1695. Febr. p. 76. *Elephas* A. N. C. l. c. FABER l. c. de cet. anim. m. v. cl. WERNER Diſſ. de Moſcho, Gott. 84. qui p. 4. de variis et diſcrepantibus anim. Moſch. deſcriptionibus agit, quae olim ex multitudine animalium moſchiferorum, horumque ſubſtitutione ortae, iam vero ex parte ſaltem explicatae ſunt, cum ex Gmelini cet. disquiſitionibus hiſtoria moſchi bene ſit. diſpoſita.

*x*) *Anas Moſch. redolens* BRVECKMANN l. c. Vol. I. Suppl. p. 6.

*y*) *Serpentes.* ALDROV. l. c. A. N. C. L. c.

*z*) *Truttarum ſpecies Ill.* CRANZ. Mat. Med. T. I. p. 196.

*a*) *Formicae et Muſcae* A. E. L. A. 1688. Oct. p. 481. *Sylpha veſpillo* cel. MVELLER ad L. Syſt. T. 5. p. 130. Cel. BLVMENBACH p. 331. *Cerambyx. moſch.* Cel. MVELLER l. c. p. 264. Cel. BLVMENBACH p. 336 Cel. LESKE p. 438.

*b*) Vegetabilia moſchata XXIV. recenſuit ALDROVAND. *Moſchatellina* LEMERY Lex. p. 744. (plane negat) GEOFFROI M. M. T. 4. (tempeſtate humida modo redolere dicit) M. LVDOVICI *Kaufmanns Lex.* T. I. p. 1758. WOYT Gazophyl. phyſ. med. p. 597. HEIN l. c. (affirmant.) *Carduus mollior* Ill. CRANZ l. c. *Geranium moſchat. et cucurbit. lagenar.* etc. plant. LOESEKE Mat. Med. 530. GESNER p. 789. et 791. *Ketmia aegypt.* ſemine moſch. *Abelm.* dict. LVDOVICI Lex. T. I. p. 42. VOGEL Mat. Med. p. 172. de cet. plant. moſch. v. E. N. C. D. I. A. I. obſ. 97. p. 227. SCHROECK ap. MANGET. l. c.

*c*) *Lapis* odore moſchi, ambra, zibetique, quo ille aquam, item virtute medica impraegnat, in porco maiori invenitur optimis herbis odoriferis, et radicibus aromaticis paſto BRVECKMANN in Epiſt. Itiner. 13. itiner. e mosq. *Lapidis* odore moſchi ab *Horſtio Dresdae Saxon.* inuenti mentionem facit M. B. VALENTIN Muſ. Muſ. P. 2. p. 21. De his et pluribus e muſeo parentis e manibus F. E. BRVECKMANN (qui in Epiſt. Itinerar. 13. lapidis mentionem fecit *Achati Bohem. Moſchati* colore rubelli maxime duri et ex ALDROVAND. et ANSELM. BOETIO retulit de lapidib. Marieberg: malleo percuſſis moſchum ſpirantibus, alibique id. Auct. lapid. deſcripſit moſchi odore *Thieſſenſtein* dictum e Mariae monte misniae oppido inventum in vena St. FAB. et SEBAST.) receptis, retulit GMELIN D. cit. p. 19.

*d*) *Cerebrum porcellorum* LEMERY Lex. l. c. *Cerebrum et cranium* *vri*

corrupta *f*) et compoſita *g*) quaedam etc. *h*) moſchi odore praedita inueniuntur. Eodem modo et odores alii, vt violarum *i*), cydonio-

C 3

*vri* occiſi E. N. C. D. 2. A. 2. obſ. 77. p. 22. *Pili vri Bartholin.* Hiſt. anat. Cent. 6. Hiſt. 86. Breſl. Geſch. 77. *Verſ.* p. 190. *Pellis milui* A. E. L. SS. 1. p. 425 *Teſticulus crocodilli* A. E. L. A. 1689. Mart. p. 147.

*e*) 1) *Sudor hominium vniuerſalis in nautis*, qui quotidie ſeſcunciam ꝏ et ℥iij. vini hiſp. pro potu vtebantur, et in labore multum ſudoris moſchum redolentis profundebant. In *ſeptuagenario*, qui cum nec vino, nec aromatibus et id genus dapibus vteretur, ſed victu et potu parco et tenui contentus viueret, tamen ſudoribus nocturnis ſaepe diffluebat, qui, cum induſia calore reſiccarentur, moſchum redolebant quam fragrantiſſimum A. N. C. D. III. A. IV. et X. p. 179. De cet. vid. SCHROECK op. MANGET 2) *Sudor topicus ſub axilla ſiniſtra de la* PEYRONIE *l. c.* Ill. CRANZ l. c. 3) *Halitus oris* presbyteri, anima foetida laborantis; Is morbo imminente, moſchum ſpirabat Ill. CRANZ l. c. 4) *Stercora animalium* A. E. L. A. 1688. Oct. p. 481. *Martium* LOESEKE p. 529 *Murium* RVELLIVS ap. ALDROV. *Hominum*, *piſcium*, *crocodilli*, v. CASTELL. de hyaena odorifera BARTHOLIN l. c. Hiſt. 52. *Serpentum Rhodius* l. 3. obſ. 98. ETTMVELLER l. c. *Vaccarum*, cum hae verno et aeſtiuo tempore herbis recentioribus in pratis paſcuntur, et quidem maxime ſtercora ſole ſiccata. *Auium*, praecipue *columbarum* LEMERY l. c.

*f*) Eg. bilis ſemiputrida Ill. CRANZ l. c.

*g*) *Herba* nicot. tabac. c. pauco ſuccini oleo infuſa MALOVIN l. c. P. 2. p. 308.

2) *Lapis percarum* in ∽ ⊕li vel ⊖is vel ⊡ſo ſoluta. FR. HOFFMANN ap. NEVMANN p. 308.

3) *Galbanum*, *Sagapenum*, *Opoponax* et *Bitumen iudaicum*. LEMERY ab aromatario emta et caſu in marſupio veſtis vna cum quidem, ſeparata tamen inuolucris chartariis; relicta vbi poſt aliquod tempus veſtem depoſitam, reciperet, odorem moſchi referre ſenſit quem cum relicta ſimul inueniret, ab his ortum putauit. NEVMANN p. 852. CRANZ l. c. A Paris 1706.

4) Mixtum ex ambra, ſuccino, aliisque ſuaueolentibus inter modos moſchum adulterandi refert LANGE l. c. p. 460.

5) Mixtum ex nucis moſch. cinnamm. caryophyll. ſpica nardi āā trit. c. ſangu. columb. ſubact. et ad ſolem ſiccat. dein ſepties c. ▽ roſar. irrigat. etc. vt et alii modi moſchi factitii reperiuntur ap. ALDROVAND et GESNER.

*h*) Quorum catalogum maximum reperimus ap. SCHROECK in *Manget* Bibl. in quo adeo *ſuccinum* refertur.

*i*) In Vrina hominis, qui terebinth. aſſumſit.

doniorum *k*), ſtyracis *l*), ambrae *m*), camphorae *n*), terebinthinae *o*), cumini *p*) etc. *q*) imitantur, et exempla hominum, brutorum *r*), lapidum *s*) etc. odoratorum et ſuaueolentium traduntur.

## Cap. III.

## *De Colore.*

Mutatio colorum in oleis, ad conſiſtentiam reſinarum concreſcentibus, forte quid conferre poſſet ad illuſtrandam doctrinam de ortu et mutatione colorum, ſi omnem de coloribus doctrinam iam optime definitam et compoſitam nobis tradidiſſent phyſico-chemici. At ipſi adeo viri ſummi eius difficultatem profitentur, et eandem eo magis demonſtrant, quo magis inter ſe diſſentiunt. Alii enim, et inter hos plerique phyſicorum *t*) et chemicorum *u*) colores tantum ex

*k*) In naphtha ⊡ae, obſeruante, WESTENDORFIO v. cel. WIEGLEB *Handb. d. Chem.* §. 1436.

*l*) In *butyro* et *carne vaccarum* et *caprarum*, quae *meum alpinum* vmbella purpuraſcente C. *Baub.* comederant. *I Muraltus* in litter *Baub.* addit. in *Matthiol. Dioſcorid* L. I. c. 3. C. GESNER hort. german.

*m*) In 🝆 ⊕li. *v.* BVRGHARD *Neue Zuſätze zur Diſtillierk. Bresl. u. Leipz.* 48. p 318. BERNHARD *Verſ. und Erfahr. aus* ⊕l *u. ſ. w. Medicam. zu mach. Leipz.* 55. *p.* 2. *Vorred.* et p. 3 in L.

*n*) In 🝆 ror. marin. et Iuniperi c. addit. cauſt. alcal. Ωtro Cl. BVCHHOLZ, MAYER etc. et in 🝆is cet. v. cel. WEIGEL §. 983. in 🝆 anisi addita ∽ ⊕i fumante, vt et alii odores in experimentis mihi obuenerunt.

*o*) In quibusdam oleis MACQVER *W.B.* T. 3. p. 705.

*o* et *p*) In oleis euaporatis de cedro, limete, bergomotte etc. v. GEOFFROY *Beob. über d. weſentl. Oele, ihren Aenderungen, u.d. Art, die von gewiſſ. Frücht. zu rektificir. nebſt Unterſuch. d. Aender. d. Aniesöls* A. Paris 1728. (*überſ. v.* STEINWEHR.)

*q*) IVNKER, Tab. 15. p. 380.

*r*) GARMANN Mirac. mort. l. 2. tit. 8. §. 20-23. A. E. L. 1689. Mart. 150. ſeq.

*s*) GARMANN l. c. §. 65.

*t*) NEWTON, EVLER etc. v. cel. WEIGEL §. 265-300 ERXLEBEN *Anfangsgr. d. Nat. Lehr. Götting.* 77. §. 365. ILL. SVCKOW *Nat. Lehr. Ien.* 61. §. 447. P. v. MVSCHENBROECK Introd. in phil. nat. L. B 62. T. 2. §. 1000. NIEWENTYTE *Recht. Gebr. d Weltbetracht. überſ. v.* SEGNER *Ien* 47. p. 438.

ex reflexione et refractione radiorum lucis diuerſa, pro ſuperficie corporum varia, oriri et differre arbitrantur. Alii hanc ſententiam ita reſtringunt, vt colores hoc modo viſibiles *x*) reddi affirment. Alii denique principium colorum corporibus ipſis ineſſe putant, et hoc quidem nunc in ſulphure *y*), terra ſecunda (ſulphurea) *z*), phlogiſto *a*), materie lucis *b*), et acido pingui *c*), nunc in partibus ſalinis *d*), nunc ferreis *e*) etc. *f*) ponendum ſtatuunt. At forſan non adeo diſcrepant, vt videatur, ſi modo in eo conueniant, vt partes corporum minimae elementares figuram diuerſam habeant, quae efficiat, vt pro componendi modis variis, corporum volumen et praecipue ſuperficiem diſcretam conſtruere poſſint, et inde diuerſam radiorum lucis reflexionem et refractionem efficiant. Ita quidem cuique nihil optabilius videtur, niſi horum diſquiſitio, iunctis ſtudiis Phyſicorum et chemicorum inſtituenda; Forte vt hactenus obſeruationes phyſicorum, ita experimenta chemica *g*) et electrica *h*) multum

p. 438. CRAANEN T. I. de hom. p. 530. KOENIG Regn. veg. p. 120. ETTMVELLER O. P. I. p. 139.

*u*) BOERHAAVE T. I. p. 123. cl. WIEGLEB *H. d. C.* §. 500. Cel. WEIGEL ad *de* MORVEAV etc. T. II. p. 9. Cel. LEONHARDI ad MACQVER *W. B.* T. 2. p. 151. STAHL Ch. dogm. et exp. P. I. p. 58. Opuſc. p. 32. De cet. vid. cel. WEIGEL l. c.

*x*) Cel. WEIGEL §. 300.

*y*) STAHL P. III. p. 153. HARTNACC l. c. p. 299. FR. HOFFMANN Obſ. L. 3. obſ. 10. DIGBAEVS ap. KOENIG l. c. p. 121.

*z*) *Iunker* Tab. 4. p. 76.

*a*) *Vogel* Inſt. Chem. §. 94. Cel. *Weigel* §. 46. *Cartheuſer* Mat. Med. p. I. p. 65. MACQVER *W. B.* T. I. p. 402. ſeq. *de Morveau* etc. P. I. p. 306.

*b*) *Meyer* l. c. p. 300. ſeq.

*c*) CLAR. WIEGLEB *kleine chem. Schrift. herausgeg. v.* E. G. BALDINGER *Langenſ.* 1767. *S.* 35.

*d*) *König* l. c.

*e*) *de Morveau* l. c. p. 305.

*f*) *Boerhaave* T. I. p. 516. colores gratiſſimi tenerrimi Aquae adiumento conſtant.

*g*) *a Domo* Exper. chem. A. N. C. D. I. A. 3. p. 378. *Specht* ib. A. 6. p. 54. *Hagendorn* de liqu. per alemb. colorat. deſtill. ibid. D. 2. A. 3. p. 84. *Id.* de var. color. phaenomen. ib. p. 87. *Boerhaave* T. I. p. 189. de colorum natura varia in igne cognoſcenda. *Stahl* P. I. p. 59. P. 2. p. 186. ſeq. P. 3. p. 338. *Iunker* Tab. 15. p. 380. Tab. 58. p. 212. Cel. *Wiegleb* ad *Vogel* Inſt. Ch. p. 208. Ej. *Handb. d. Chem.* §. 1442. *de Morveau* P. I.

multum conferre poſſunt ad doctrinam de coloribus vberius illuſtrandam.

## Cap. IV.

## *Siſtens experimenta cum oleis et ſpiritu nitri fumante facta.*

Experimenta circa oleorum cum ſpiritu nitri fumante mixtionem, quae hiſce tabulis continentur, ad clar. Hassii, (°°° part. I. ad ⌒ ⦶ Part. II. aſſumſit) exemplum quidem, hoc tamen diſcrimine inſtitui, vt ad quaedam olea, ne incenderentur, minorem ſpiritus nitri quantitatem adhiberem. Multa forte in experimentis erunt, quae deſideret naturae peritus, multa, quae circa corporum naturam adhuc cognoſcenda videantur, ſed iuueni minus experto, cui omnia et noua videntur, et re vera ſunt, graue omnino eſt et perquam difficile, omnia rite obſeruare, perſpicere et diſponere. Inde pauca modo attuli, vt dicam, non tam quae inuenta, quam quae ſint adhuc inuenienda.

P. I. p. 305. Cel. *Weigel* §. 1137-44. *Macquer* T. I. p. 487. T. 3. p. 617. *v. Muſchenbroeck* §. 1137. *Elsholz* Deſtill. curioſ. Berol. 1674.

*b*) Complét Treat. of Elect. in theor. and pract. with orig. experim. by T. *Cavallo* Lond. 1777. c. 5.

Ordo

# ORDO I.
## COMPOSITIONES MOSCHATAE.
### CLASS. I.
### RESINAE MOSCHATAE.

| | |
|---|---|
| 🝆 ʒi, mutat: praeſertim Vapores add. ∽ ⦶ fum. ʒii, admixta ▽a ♌ta | |
| *Succini album* vapores colore ∽ ⦶ - - - odore - - | *Reſina* aurantia odore non adeo forti. |
| a) *Succ. rubrum* - - - - - - - - fului<br>b) *Aſphalti* - - - - - - - odore Aſphalti | *Reſ.* profundior aurantia, odore fortiori. |
| c) *Citri* vapores odore 🝆i, colore cinereo, cum mixturae multa reſperſione, efferuet, et reſinam conſtituit fuluam, oleum citri redolentem. | *Reſ.* ex rubro fulua, odore non adeo debili. |
| d) *Petrae* vap. nulli, mixtio ebulliens fluida, cui ∽ ⦶i innatabat. | *MRa.* lactea, odore debili. |

℞ae c. ℣mi ℥ß *Succ. alb.* rufa. *Succ. rubr.* profundior rufa *Aſph.* flaua. *Citr.* rubicunda. *Petr.* flaua albicans, in quibus odor eandem, quam in reſinis habuerat, retinuit rationem.

CLASS.

a) *Marggraf* l. c. etc. auct. de eod. *Neumann* p. 168. ex 🝆 Succ. reſin. conſtituitur. *Iunker* Tab. 16. p. 290. 🝆 Succ. facile arripitur, et imbibitur ∽u ⦶i. *Fr. Hoffm.* Obſ. p. 36. 🝆 Succ. c. ∽ ⦶ mixtam vapores edit, ebullit, incenditur et in cramam reſinae ſimilem abit.

b) *Cl. Haſſe* l. c. p. 42. odorem eſſentiae ſuccini ſenſit, ceterea cum eo conueniunt.

c) *Cl. Haſſe* p. 50. odorem ſpecificum ſenſit de cet. nobis cum eo conuen. *F. Hoffm.* p. 36. 🝆 A. c. ∽ ⦶. f. fluorem craſſam conſtituit p. 33. id. c. 🝆 ⊖li mixturam flavam ſaturatam effecit.

d) *Cl. Haſſe* p. 42. adiecta in ſuper ∽ ⦶i ʒß nullam vidit mutationem. *F. Hoffm.* p. 36. idem, quod 🝆 ſuccini, et in hoc obſeruauit.

## Claſs. II.

### *TINCTVRAE MOSCHI EX RESINIS NON MOSCHATIS.*

🝆 ʒi. mut. praeſert. Vap. add. ⁓ 🜕 fum. ʒii. admixt. ▽ Ωta

*a*) *Terebinthinae* vap. flaui, odore lign reſinoſi (vulgo *Kuehn* dicti.) — *Reſ.* flaua, e odore meliſſ. offic. ſ. citrat.

*Cajaputi* vapor. rutili, acidi, MRa lente ſine flamma comburebatur. — *Reſ.* e fuſco flaua, odore fere pomor. ⊙rant. V℞o infuſor.

℞*ae* c. V℞mi ℥ß *Tereb.* flaua, plane moſchum redolens.
*Caiap.* e fuluo-rubicunda, ex parte moſchum ſpirans, odor vero poſt aliquot tempus euanidus.

*a*) *Stahl* P. 3. p. 320. 🝆 Tereb. c. ⁓ 🜕i reſinae naturam induit. p. 361. 🝆 Tereb. c. 🝆 🜕li cramam et puverem arenae ſimilem effecit. p. 362. 🝆 Tereb. c. 🜔e Ωt. reſiduum reliquit reſinoſum ruffum. *Iunker* Tab. 50. p. 89. 🝆 Tereb. in 🝆 🜕i fuſum, et per aliquot dies ſuper fornacem leni calori expoſitam reſinam conſtituit e bruno nigrum, ſiccam fragilem, amaram, minus fragrantem. 🝆 *Ter.* p. 1. ⁓ 🜕 p. 6. ſ. 4. reſinam efficit, ſed 🝆 Tereb. et ⁓ 🜕 ãã incend. T. 58. p. 209-10 de eodem T. 61. p. 290. 🝆 Ter. facile arripitur et imbibitur ⁓ 🜕i. *F. Hoffm.* p. 36. 🝆 Tereb. c. ⁓ 🜕. fum. incenſum fere nullos cineres reliquit. *Macquer* Elem. P. 2. p. 105. et ſeq. 🝆 Tereb. c. ⁓ 🜕 et 🝆 🜕li incenditur. *Neumann* p. 168. ex 🝆 Tereb. reſina parari poteſt. Cl. *Haſſe* p. 41 Tereb. venet. c. ⁓ 🜕 eod. modo, vt cet. comp. puluerem reſinoſum conſtituit, odore et ſapore terebinthinae. cuius ℈i in V℞mi ʒii. reſolut. ℞am flauam ſapore fragrante exhibet.

## Ordo II.

### *Compoſitiones ceterae oleorum cum Spiritu Nitri fumante.*

## Claſſis I.

### *Olea et addito ſpiritu nitri fumante adhuc fluida*

🝆i ʒi. mut. et praeſert. vap. add. ⁓ 🜕 fum. ʒii. add. ▽ Ωta.

*Chamom.* rom. vap. pauci, fului, reddentes odorem olei, ſed praecipue 🜕i. — *Reſ.* profunde ſpadicea, odore 🜕i mollis. Haec etc. dein deliqueſcebant.

*a*) *Foe-*

a) *Foeniculi.* vap. pauci, fului, ſpirantes odorem ⦶i et ex parte foeniculi. MRa efferueſcens. — *Reſ.* profunde flaua, mollis, odore amygd. amar.

b) *Aniſi* vap. pauci, fului, flaueſcentes, odore quidem olei ſed maxime ⦶i praediti. — *Reſ.*, cum ▽ maximam partem maſſae reſolueret, pauca, mollis, flaua, odor aniſi et camphorae iunctus.

Rae vt ſupra par. *cham.* flaua odore ⁂i Ch.
*Foenic.* profunde flaua, odore reſinae ſuae.
*Aniſi* flaueſcens, odore olei Aniſi.

a) *Id.* p. 49. odorem foeniculi in reſina ſenſit. Cet. cum eo conueniunt.

b) *Id.* p. 48. de plerisque conuenimus *Iunker* T. 58. ⁂ aniſ. c. ⁂ ⦶li reſinam efficit et incenditur.

## Class. II.

### *Olea per Spiritum Nitri coagulata.*

⁂ ℥i mut. vap. add. ⦶ fum. ℥ii. admixta ▽ ℞ta

*Origani cret.* vap. fere nulli, et facillime ſine ſtrepitu cum ⦶ ſe iungens. MR conſtituit: quae tandem vapores quosdam ⦶oſos edidit, et reſinam praecipitauit e ſpadiceo rubram, ipſa tamen colorem flauum retinuit, dein cum reſina ſe commiſcuit. — *Reſ.* colore ſpadiceo, odore ſpecifico mollis.

a) *Baccar. lauri* vapor. pauci, rubri, acidi et parumper oleoſi. MRam valda efferveſcertem effecit. — *Reſ.* flaua, mollis; odore ſpecifico.

*Ligni rhodii* vapores obſcure rubri, odore ⦶i MRa. valde ſpumans orta eſt. — *Reſ.* flaua in ▽a ex parte ſoluenda, odore ſpecifico.

b) *Benzoes* vap. fului, ⦶oſi. MRa efferueſcens abiit in maſſam nigram ſpumoſam odore pomorum ⊙rant. ♈ infuſor. — *Maſſ.* immutata, et partes quosdam ſecernens oleoſas, quas ▽ reſoluit.



c) *Cumi-*

*c*) *Cumini* vap. rubri, maxima ex parte ⊕oſi; MRa vehementer reſpergens colorem aurantium, tunc flauum recepit. — MR*a* flaua mucilaginoſa.

*d*) *Roſar.* vapor. cinerei, odore cerae coquentis MRa conſtituta rubicunda, ebulliens, ſpumam edens flavam, virideſcentem, tunc requieſcens in maſſam virideſcentem abiit. — MR*a* lactea, dein viridis, profundior quam antea, tandem efferueſcens, ſpumans, ebulliens, euaporans et denique maſſam praecipitans, quae poſt ebullitionem cerae conſiſtentiam aſſumſit, et ⊕ ſpirauit.

*Lilior. albor.* vap. rubri, ⊕oſi; MRa in conſiſtentiam cerae abiit, et odorem cerae coquentis ſpirans colorem fuluum recepit. — *Maſſ.* mucilaginoſa.

R*ae* more ſolito, *Orig.* ſpadicea. *Bacc. Lauri* flaua; *Ligni Rhodii* Mucilago flaua. *Cumini* virideſcens; Omnes odore ſpecifico praediti.

De reliquis apparari non poterant.

*b*) Cl. HASSE p. 51. Fere omnia nobis cum conueniunt.

*i*) *Id.* p. 43. odorem olei, addita ▽a ſenſit, cetera, vt noſtris experimentis conſtitit.

*k*) *Id.* p. 50. Mixtura profunde ſpadicea, ▽a ♌ta addita, in reſinam mollem abiit.

*l*) *Id.* p. 47. ▽a ♌ta addita colorem album et odorem ligni Rhodii ſenſit. De cetero non diſcrepat a nobis.

## CLASS. III.

### *Maſſae reſinae ſimiles.*

☋ ℥i. mut. praec. vapores add. ∿ ⊕ fum. ℥ii. — addit. ▽a ♌ta

*a*) *Cubebarum* vap. rubri, odore olei et ⊕i. MRa ebulliens et ſpumans — *Maſſ.* reſinoſa poroſa, profunde ſpadicea, odore fere nullo.

*Anthos*

